

Missionis Canadicæ Relatio.

[321 §. II.] SOCIETAS JESU, IN CANADAM, SEU NOVAM FRANCIAM INDUCTA.

AMERICAM septentrionalem tres præcipuè nationes obtinent, Hispani, Galli, & Angli. Mexicum, Floridae pars & Californiae, sunt Hispanæ ditionis. Littora orienti soli opposita & ad Aufstrum devexa occuparunt variis temporibus Angli, Sueci, & Hollandi. Quod inter illos & Mexicanos versus septentriones & occafum campi jacet, Galli tenent, ac Novam Franciam, sive Canadam, vulgo vocant. Nihil tetrius immaniusve barbaris Canadenibus fingi poterat, prius quam inducta religione mitescerent, ut patebit ex iis quæ Paragrapho decimo referentur. Nunc barbaries, & foeda scelerum cohors, rationi ac virtuti locum dedit, videturque huic oraculo* veteri constare fides: *Lætabitur deserta & invia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilyum.*

**Ijai. c. 35.*